

Si faciat fidem in loco originis sup. quaest. 54. vers. fin. casu tamem, quod officialis alterius territorij deberet exequi capitalem sententiam, non sufficit videre sententiam condemnatoriam tantum, sed totus est videndus processus, & considerandus modo, quo per Cart. Tract. de exeq. sent. c. si. praesertim a nu. 19. cum seq. sic etiam torum produci, debere processum in sententiam non antiqua pro executione civili dicit Gram. decif. 24. nu. 8. Drog.

18 Sed et aduertendum est, quod erit necesse producere processum, cum non sufficiat producere sententiam, & bannum solum, quia non potest deueniri ad expeditionem sine causa cognitione. Clar. sup. q. 64. vers. fi. & Far. q. 11. sub nu. 6. Baiard.

QUEST. XC VII.

Ex quibus causis executio sententiae capitalis sit differenda.

S V M M A R I A.

- 1 In quibus causis executio sententiarum capitalium sit differenda. Et quid si compareat aliquis, qui dicat condemnatum esse sibi obligatum ad aliquam rationem reddendam. ibid.
2 Et quid si reus condemnatus alium de aliquo crimine accusauerit.
3 Et quid si reus esset decapitandus ex mandato principis, quod iudici videretur iniustum.
4 Et quid si reus noluit peccata sua confiteri.
5 Et quid in muliere praegnante.

ADDITIONES

Ad Quaest. XC VII. V. deamus. Adde etiam Peguer. in quaest. cri. cap. 22. vbi refert de- cium fuisse, quod condemnatio ad exulandum est differenda, & suspendenda, si ante condemnationem fuerat recom- mandatus pro debitis ciuilibus. Ba. ar. b. Sententia capitalis executio differri. Adde quid de alijs sententijs, vide per Iac. Meno. de arb. iudic. libro 1. quaest. 98. Giach.

QUEST. XC VII.

Videamus a nunc, an sint aliqui casus, in quibus debeat ex aliqua causa sententia capitalia executio differri. Et in primis reperio Cyn. in l. 1. in secundo non tab. C. de bon. proscrip. tenuisse, quod si post condemnationem capitalem contra aliquem secutam compareat aliquis tertius, & dicat reum condemnatum sibi esse obligatum ad reddenda rationem alicuius mercaturae, vel negotiationis, vel administrationis, vel huiusmodi, eo casu differri debet executio, donec red-

ditur in tali proposito dixi ad qu. 71. vers. Quatro modo circa princip. An autem Iudex Neapolis possit citari Mediolani, vel e contra? Quod sic, dixit Boss. titul. de citationib. num. 26. Sed ego nescio rationem differentiae inter hunc, & illum casum; Vide supra quaest. 2. i. vers. sed. haec omnia; vide successiue per Fulu. Patian. Tract. de prob. lib. 1. c. 27. nu. 64. cum seq. Drog.

10 Sed hic quaero, pone, quod reus, qui est de crimine confessus, vel conuictus, vel etiam condemnatus, ante executionem moriatur, vel naturali fato, vel quia sibi ipsi manus intulerit, quid debet iudex hoc casu facere? Dixi supra q. 51. vers. Sed hic incidenter.

11 Sed hic incidenter quaero, nunquid condemnatus ad mortem possit testari. Dixi supra libro tertio. §. testamentum. quaestione vigesima prima.

missum facere testamentum. Drog. Possit testari. Breniter dicit non posse, nisi esset imposita poena insolita, vt quia faciat ueneno occidi, uel proijci de fenestra: uide per Ludouic. Carer. in practie. criminal. §. homicidium ultimo, post numerum 36. Giach.

6 Et quid si executio incidat in diem feriatam. 7 Regulariter non esse differendam executionem sententiarum capitalium.

- Ex Additionibus. 1 Condemnatus ad exulandum potest a creditoribus reformari in carcere, si ante sententiam fuerit dictum.
2 Condemnatus de aliquo crimine toleratur, quousque finitur iudicium accusationis per eum contra aliquem institutum.
3 Mulier praegnans non punitur corporaliter, nec relegatur, ibidem. Etiam, quod esset praegnans ex adulterio, ibid. Etiam, quod in carcere malitiose concepisset, ibid.
4 Et quid obseruandum sit, post partum.
5 Et an possit examinari.
6 Et quomodo probetur praegnans, remiss.
7 Item differitur executio sententiae abscessionis manus post partum, donec nutritrix fuerit reperta.
8 Executio sententiae criminalis an fiat diebus festiuis.
9 Feriis unde differri.
10 Papa potest imponere poenam mortis.

dita esset ratio: quod est affirmat Cap. caut. 5. Sed certe haec cautela parum prodesse non quid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, quia si non expectata hmoi redditione rationis, sine capitales executioni mittuntur. Et ita seruari attestantur scribes in d. l. 1. & in specio Ang. & Imola, prout illos refert Ang. de malef. in verbo, Et ibi caput, n. 31. & Paris Put. de synd. f. 356. c. 2. nu. 1. & Pract. Car. fol. 352. nu. 82. Idem facitur Capoll. in d. caut. 5. & Caran. super ritu magni curie 259. post n. 5. licet dicat, quod ideo non seruatur de consuetudine, quia non peritur, Ias. in l. seruus, in pr. n. 3. ff. de lega. 1. Ego vero dicere non esse deneganda breuē dilatationem, puta biui, uel tridui, vbi appareret illa non peti fraudē differendae, aut ritae executionis, nec subesse timor, quod condēnari posset de carcerib. euadere, aut alterius scādali, modo ille tertius non potuit.

Est etiam differenda. Casum hunc in practica vide notatum in personā redderetur, pati posset aliquod prauidicium irreparabile, nemo enim ex aliena culpa damnatum pati debet.

2 Est etiam differenda executio sententiae capitalis, quando reus, contra quem lata est sententia, alium de aliquo crimine accusauit, donec iudicium accusationis ab eo ceptae perficiatur. Et ita tenent communiter omnes, vt dicunt Imol. in l. is qui reus, nu. 24. ff. de publ. iud. & Ang. in ea. l. is qui reus, nu. 17. in fi. Sed hoc credo, quod difficile esset obtinere in practica, praesertim si esset suspicio, quod in fraudem fuisset instituta talis accusatio.

3 Item est differenda executio quando officialis, cui a principe iussus est, vt faceret aliquem decapitari, aut suspendi, videret illud mandatum principis esse iniustum, debet illius executionem differre, & principi rescribere. Et ita communiter tenetur, vt dicit Carver. in pract. crim. f. 223. nu. 110. de quo vide qua dixi supra q. 60. vers. solet dubitari.

4 Sed pone q. reus decapitandus, aut fircis suspendendus, aut aliter morti tradendus nolit penitere, nec peccata sua confiteri, nunquid propterea erit differenda executio ipsius sententiae capitalis? Resp. Aliqui dicunt, quod omnino debet suspendi pro salute eius animae donec peniteat, & peccata sua confiteatur: quod quidem omnino studio iudex curare tenetur, vt est tex. in l. archigerentes, C. de episcop. aud. Et dicit Cassan. super consuet. Burg. fo. 56. n. 125. quod in hoc nemo facit dubium, licet subdat, quod contrarium vidit obseruari. Ego putarem bonum esse suspendere ab executione per aliquod spatium temporis, vbi non esset periculum in mora, cum salus vniuersae animae, pro qua Christus mortuus est, videatur ceteris omnibus rebus anteponenda: Ita tamen, vt propter talem dilationem non differretur in alium diem executio. Et interea iudex adhibitis etiā viris religiosis, & Deū timentib. debet illū hortari ad penitentiam. Ceterum non aude- rem consulere iudicib. inferiori.

5 Differtur etiam, ne sumatur supplicium de muliere praegnante, vt est tex. in l. praegnantis, ff. de penis, & ita iussu seruari Senatus in quadam Vr sine Melata capitaliter condemnata, quam mandauit custodiri donec pareret, 28. Iul. 1548. P. N. Et hoc locum habet non solum in poena ultimi supplicij, sed etiā in quacunque alia poena corporali. Et ideo quadam Maria Agniota, quae fuerat condemnata in flagratione, cū reperta esset grauida, fuit iussu Senatus in pace dimissa, 6. Aprilis 1554. P. N.

Quaero etiam, an si incidat aliquis dies feriatas, sit facienda executio corporalis. Resp. quod de iure communi non est facienda aliqua executio, neque etiā in diebus feriatis in vtilitate hominum, vt videtur tex. in l. si feriatis, ff. de ferijs, & in l. custodias, ff. de publ. iud. Consuetudo tamen aliter obtinuit: nam dieb. feriatis in vtilitatem hominum indistincte sunt executiones criminalium sententiarum, etiam capitalium. Et in hoc nemo dubitat. Diebus autē feriatis in honore Dei, vel sanctorum, & qui pro festis seruatur, quia cessatur ab operibus manualib. in toto populo, ego nunquā vidi exequi sententiam aliquā criminalē, in qua imponatur poena sanguinis, & certe licet non esset peccatum, est tamē horrendum, & miserabile spectaculum, & a quo propter Dei reuerentiam est omnino abstinendum, prout et dicunt omnes Doct. in c. 1. de ferijs, teste Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Inchoata facta, post nu. 12. Leuis tamē castigatio quandoque permittitur etiam in die feriato. Et refert Tract. Millei, fol. 34. n. 34. quod ita vidi practitari Tholose per quendam Regis Locumtenentē, qui in die Paschatis latronē, qui crumenā abscederat, & sum virgis in exiliū misit. Quādoque et in enormissimis delictis solet fieri etiā in dieb. feriatis capitalis executio, iuxta tex. in l. p. C. de ferijs. Et ita seruari de facto attestatur Marcus

6. Clar. Sentent. Pract. Crim.

riculum in partu, quia mulier sit debilis, nō solita inter facere, etiam quod esset praegnans ex adu terio, & in carcere concepisset malitiose, vt etia- ret poena. Gomef. de delict. tom. 3. c. 13. nu. 38. & Io. de Anan. in c. intellexi mus n. 7. de his, qui fil occidunt, & per Gom. loco praecitato habetur, quod executio sententiae flati- tim post partū debet fieri, si fuerit condemnata ad mortem naturalē, si de ro ad aliā poenā corporalem, debet differri, donec sit fortis, vt possit ea sine periculo mortis pati; & si filius natus habet, vnde possit alimentari, debet dari nutritrix, quae ipsum alatur suis expensis: si vero non habeat bona, & repertur nutritrix, quae illi gratis nutiat, debet solui de publico: & si non reperitur nutritrix pretio, nec gratis, illa mater condemnata debet seruari, & executio sententiae differri. Et quod cū praegnante bene possit agitari processus, & iurare, & deponere tamquam pars, vel testis, nisi sit periculum partus, quia ducatur de longe, & feratur sententia condēnatoria, licet differatur executio, & quomodo probetur praegnancia, late per Mascard. de probat. concl. 128. vol. 3.

7 Item et adde, quod etiā esset differendum, si esset condemnata ad amputationem manus, donec nutritrix fuerit reperta. Alber. in l. Imperator la. 2. ff. de stat. hom. A fli. in consuet. pelsinium nu. 16. Ba. 1. Praegnante. Ad idē adde atque vi. per Carer. in pract. cri. §. homicidium ultimo, sub nu. 8. Giach. m. De iure communi. Cartar. sup. n. 438. seq. h.

Apud manualib. in toto populo, ego nunquā vidi exequi sententiam aliquā criminalē, in qua imponatur poena sanguinis, & certe licet non esset peccatum, est tamē horrendum, & miserabile spectaculum, & a quo propter Dei reuerentiam est omnino abstinendum, prout et dicunt omnes Doct. in c. 1. de ferijs, teste Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Inchoata facta, post nu. 12. Leuis tamē castigatio quandoque permittitur etiam in die feriato. Et refert Tract. Millei, fol. 34. n. 34. quod ita vidi practitari Tholose per quendam Regis Locumtenentē, qui in die Paschatis latronē, qui crumenā abscederat, & sum virgis in exiliū misit. Quādoque et in enormissimis delictis solet fieri etiā in dieb. feriatis capitalis executio, iuxta tex. in l. p. C. de ferijs. Et ita seruari de facto attestatur Marcus

